



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 126. Princeps Condæus in Franciam redux.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](#)

pedes lustrare solitus, reditus Ecclesiæ, Sæc. XVII.
 sibi suisque sat parcus, larga in egenos A.C. 1610.
 manu effudit. Synodum Provincia-
 lem apud Grassam hoc anno coegit, in
 qua antiquos Ecclesiæ mores & disci-
 plinam revocare aggressus est: hujus
 tamen Synodi acta perierunt, ipse ve-
 ro Episcopus Parisiis die vigesima quarta
 Januarii anno Christi millefimo sexcen-
 tesimo duodecimo animam Deo reddi-
 dit, sepultus apud Augustinianos.

§. CXXVI.

Princeps Condæus in Franciam redux.

Interim Condæus Princeps apud Me- *Memoir.*
 diolanenses, ubi asylum inveniebat *secret. part.*
 tentata conjugis suæ honestas, adhuc *11. & 12.*
 hærebat. Hic fervente indignationis æstu *Merc. Gal-*
 sæpe incautius non modo in Belgio sed *lobelg. t. 6.*
 & Mediolani declarabat, quod Franciæ *pag. 3.*
 sceptrum ad ipsum utpote proximum *Gramont.*
 Regii sanguinis Principem devolutum *l. 1. Hist.*
 esset, præcipue cum defuncti Regis con-
 nubium cum Maria Medicæa nullum fuis-
 set. Insuper ad exequendum hoc con-
 silium Fontanus Comes jam antea va-
 lidam Hispanorum opem pollicebatur,
 cui tamen Princeps officiose reposuit, se
 non Franciæ solium, sed Administrato-
 ris dignitatem sibi debitam efflagitare.

Hist. Eccles. Tom. LIV. Nn Præ-

Sæc. XVII. Præterea non deerant, qui Romæ
A.C. 1610. Henrici IV. matrimonium cum Medi-
cæa initum in dubium vocarent, ut
novi Regis successionem controversam,
& Condæi spei magis firmam redde-
rent; quinimo Hispaniæ Orator, ut Pa-
pam ad dissolvendum hoc connubium
incusso timore urgeret, eidem refere-
bat, quod Ledigerius Franciæ Mare-
scallus cum duodecim peditum & Equi-
tum duobus millibus Pedemontium in-
gressus, junctis cum Sabaudo viribus
Mediolanum aggredi pararet, non sine
magno Religionis præjudicio, eoquod
non modo præfatus Bellidux, sed om-
nes ejus milites Calvini sectæ addicti
cunctas circum Regiones hujus hæresis
veneno infecturi essent, proin res ad
eam redacta foret necessitatem, ut Pa-
pa suas Vires Hispanis jungeret: Ve-
rum nil inde territus Pontifex Breve-
sio Franciæ Legato declarabat, quod
præfatum connubium omnino validum
esset: insuper a Bentivolio Cardinale
de Condæi proposito, die decima septi-
ma Junii edoctus, eidem in mandatis
dedit, ut Principem, ne tam frivolo
obtentu Franciam perturbaret, horta-
retur, cui etiam Condæus reposuit,
quod habita notitia de obitu Henrici
Regis nil magis cordi haberet, quam
in novi Regis ac Reginæ gratiam re-
dire

Romæ
Medi-
at, ut
verfam,
redder-
ut Pa-
ubium
refere-
Mare-
Equi-
um in-
viribus
on sine
oquod
ed om-
addicti
æresis
res ad
ut Pa-
Ve-
Breve-
quod
lidum
dinale
septi-
ndatis
rivolo
horta-
osuit,
enrici
quam
n re-
dire

dire. Ex his elucet falsitas, qua Au- Sæc. XVII.
thor libri *de gestis Mariæ Mediceæ Ad- A.C. 1610.*
ministratricis Bentivolum Bruxellensem

Nuntium in iavidiam trahere nititur,
perinde acsi ipse Condæum instigasset,
ut expulso novo Rege utpote illegitime
nato Franciæ solium sibi vendicaret,
quid enim vero minus simile est, quam
hunc Cardinalem ob prudentiæ laudem
adeo celebrem depingere, perinde acsi
Condæum sollicitasset ad ea oblata,
quæ tamen sibi a Fontano potentissimo
Hispani Regis Ministro paulo ante facta
Princeps generose recusaverat, cuius in-
doles Bentivolio haud incognita erat,
proin probe prospicere poterat, quod si
Princeps datum hoc sibi a Cardinale
consilium revelaret, ipse non modo
Franciæ, sed & maximam summi Pon-
tificis indignationem incurfurus esset,
proin Pauli V. gratia exclusus, & a poten-
tissimo Rege oppressus, necnon sua exi-
stimatione, & ampla præprimis spe deje-
ctus, tandem in Hispani Regis ditioni-
bus exiguum tam indignæ actionis præ-
mium emendicare cogeretur. Insuper
vindicatur hujus Nuntii innocentia ex
eo, quod legatione sua Belgica defun-
ctus, Gallicam potius quam Hispanam
selegerit, quod nec ipse unquam fecis-
set, nec Franciæ Rex, ejusque Ministri
Nuntium factionis agitatæ ac rebellio-

Nn 2

nis

Sæc. XVII. nis contra Franciam inspiratæ Autho-
A.C. 1610. rem unquam admisissent, præcipue
 cum Cardinalis Corsinus ejus Successor non sine maxima difficultate admis-
 sus fuerit, eo duntaxat ex capite, quia
 natione Etrurscus proin de partium stu-
 dio & affectu erga Reginam Matrem
 suspectus esset. Præterea Ludovicus
 XLI. Bentivolum vix ad Purpuram
 Romanam evectum statim Romam ab-
 legabat, ut sua negotia procuraret, re-
 gnumque protegeret: illum etiam us-
 que ad mortem sua honorabat amicitia,
 omnemque movebat lapidem, ut is ad
 Pontificatum evehetur, quo honore
 certe a Rege non affici solet ille, qui
 Regem a folio deturbare molitus esset.
 Denique Brevesius datis ad Papam li-
 teris testabatur, quod Bentivolius Con-
 dæi proposito acriter sese opposuerit.
 Verum hanc calumniam adversus Ben-
 tivolum Authori expressisse videtur
 exulceratus in eum animus; cum enim
 eo tempore, quo Bentivolius in Fran-
 ciæ Aula Nuntium agebat, hujus libri
 Author legatione apud Pontificem fun-
 geretur, & ob turbidam indolem suam
 inter arma efferatam ingentes ibidem
 turbas concitasset, & ob eas Papa ejus-
 que Nepos justam expostulandi aniam
 habuissent, hinc Bentivolius ex Ponti-
 ficiis mandato, & officii sui debito de-
 violen-

*Lettr. de
 Breves a la
 Reine
 17. Juill.*



violenta hac agendi ratione apud Hen- Sæc. XVII.
 ricum IV. querebatur, a quo hic Le- A.C. 1610.
 gatus sæpe acriterque objurgatus est,
 præcipue postquam præter omne fas
 Bentivolii epistolam ad Borghesium Car-
 dinalem Papæ Ministrum integro octi-
 duo retardasset. Hæc igitur erat ori-
 go aversionis conceptæ in Bentivolium,
 nunc vero ad Historiæ seriem, unde
 digressi sumus, revertamur.

Ceterum Condæus Princeps in Fran-
 ciam redire constitutum habens, Me-
 diolano Bruxellas die decima nona Ju-
 nii venit, ubi ejus conjux atque Au-
 striæ Archiduces ipsum sollicite præ-
 stolabantur. Comperto ejus adventu
 mox Pontifex Bentivolio in mandatis
 dedit, ut suo nomine Condæum ad ob-
 sequium Regi ac Reginæ præstandum
 hortaretur, quod etiam Princeps Nun-
 tio Apostolico pollicitus, voluit, ut
 uxor sua, quam nequidem alloquio aut
 aspectu dignabatur, mortuo jam Rege in
 Gallias reverteretur, ipse vero altera
 die Mariemontium profectus, Bernio
 Franciæ Oratori declarabat, quod re-
 dire nolle, nisi prius de Reginæ gratia
 securus esset: Hanc moram dissuaserat
 Orator: cessabat quoque Principis flu-
 tuatio, postquam Reginæ literas cle-
 mentia plenas die vigesima septima Ju-
 nii præter plures alias a suis Amicis

N n 3

scri-

Sæc. XVII. scriptas receperat, & Beraltus Comes
 C. 1610. a Regina submissus eidein publicæ se-
 curitatis literas tradiderat, sponsione
 facta, quod Rex & Regina adventus
 sui desiderio flagrantes eum non sine
 speciali amoris & benevolentiae testifi-
 catione essent recepturi. Ad hasce li-
 teras mox reposuit Princeps, se in Fra-
 ciam non alio ex fine redditum, nisi
 ut Regi, ejusque Matri integerima-
 de serviret.

§. CXXVII.

*Princeps Condæus Parisiis per hono-
 rifice exceptus.*

Memoir.
 secret.
 part. 12.

Jamjam Princeps Cameraco Peronnam
 venerat, ibidem a Matre sua exce-
 ptus; tandem comitantibus eum plus
 quam quingentis Nobilitatis primæ Vi-
 ris lætus die decima quinta Julii Pari-
 sios ingrediebatur: Hujus magnificen-
 tiæ splendor, ac immodicus applau-
 dentium jubilus perniciose unionis su-
 spicionem Reginæ ingestisse videbatur,
 cui tamen Condæus immotam fidem,
 animumque ab omni factione alienum
 testabatur: Certabant omnes hujus
 Principis favorem & amicitiam, & qui-
 dem pro suo quisque affectu aucupari.
 Præ ceteris Bullionius Dux Calvinista,
 cognationis, qua invicem juncti erant,
 specie